

dictis duche et consiliarijs iustum et conueniens apparebit. Et quia iustum est 40
quod subditi nostri quod nos seruamus obseruent et potissime in casibus odiosis
scribatur dictis duche et consiliarijs, quod hic aliquē pene ante fugam non sen-
tentiate a fugitiuis non exiguntur post factum non si fint ante fugam commisse.
Et committatur eis quod de penis dictorum debitorum ad quas idem donatus foret
per cartam uel aliter obligatus que sententiate non essent ante fugam possint dispo- 45
nere et facere et ordinare sicut eis pro honore nostro humanius et iustius apparebit.
51—non 5—non sincere 20. 47

48

Περὶ τιμαρίου, τὸ ὁποῖον μετεγράφη ὡς ἐλεύθερον καὶ ἀντηλλάγη ὡς τοιοῦτον διὰ κτήματος ἐλευ-
θέρου. Ἀποδειχθέντος τοῦ τιμαριωτικοῦ βάρους τοῦ κτήματος ἐθεωρήθη μὲν νόμιμος ἡ ἀνταλ-
λαγή ὑπὸ τὸν ὅρον ὅμως τὸ ἀνταλλάγην ἐλεύθερον κτῆμα νὰ ἐπιβαρυνθῇ διὰ τοῦ τιμαριωτικοῦ
βάρους. 1334, Αὐγούστου 1.

F^o 76^{to} N^o 590. Millesimo trecentesimo XXXIII, die primo Augusti. 1

Capta. Cum uir nobilis Johannes Gradonico exposuerit et suplicauerit nomine
Nicolai Gradonico de Candida sui nepotis, quod cum Michael Gradonico et frater
ipsius Nicolai uendiderint unam suam possessionem de ciuitate cuidam Jacobo
Uido pertinente uni sue seruentarie de le Azupade quam tenebat facere scribi 5
liberam et francham ad certum tempus et sub certa pena, defuncto uero ipso
Michaele, ipsa seruentaria uenit ipsi Nicolai in parte, et propterea comparuerit
coram dominacione de Creta pro faciendo ipsam possessionem scribi liberam et
francam prefato Jacobo Uido secundum promissionem et obligacionem prefatam
offerrens se daturum aliam possessionem ciuitatis liberam eiusdem ualoris in dicta 10
seruentaria et non fuerit uisum duche et consiliarijs Crete, id per ipsos posse
fieri obstantibus suis commissionibus dicentibus quod terra nec deinde que per-
tineant feudo non possint francari, licet responderent quod talis non est francacio
set permutacio etc. dignaremus considerata obligacio fratris sui et quod non fit
diminucione feudi concedere, quod ipsa possessio possit dari et scribi libera Ja- 15
cobo prelibato, dante eodem Jacobo et scribi facere in dicta seruentaria aliam
possessionem ciuitatis liberam et bonam, ita quod seruentaria erit aliter inte-
graliter adimpleta; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs Crete, quod
superinde possint facere ut iustum sibi uidebitur, meliorando tamen pheudum
prelibatum. Et est commissum uel captum etc. 20

49

Ἡ ζάχαρις ἡ ἐν Κρήτῃ παραγομένη μεταφέρεται ἐν Βενετίᾳ διὰ τῶν ἀφωπλισμένων πλοίων, τὰ ὁποῖα
διετάχθησαν νὰ ἐπανέλθωσιν εἰς Βενετίαν κατὰ Μάρτιον, ὁ ναῦλος ὀρίζεται 5%. 1334, Αὐγούστου 13.



F^o 78^r N^o 600. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die XIII Augusti.

Capta. Quod zucharum natum et factum et quod nascetur et fiet in insula nostra Crete possit conduci Venecias cum nauigijs disarmatis que habebat scilicet ordinem recedendi de Creta per muduas marcij conscriptus, soluendo quinque pro
5 centenario dummodo etiam conducatur cum litteris nostrorum Rectorum deinde continentibus quod huiusmodi zucharum natum sit et factum in insula supra-
7 dicta. Et si consilium etc.

50

F^o 78^r N^o 601. Ὁ ἐκλεγείς Σύμβουλος Κρήτης Ἄδως Βάρβαρος δὲν δύναται νὰ παραλάβῃ μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς ἵππους, τοὺς ὁποίους ὑποχρεοῦται νὰ διατηρῇ ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ του, ἔνεκεν ἀνεπαρκείας τοῦ πλοίου, ὥς ἐκ τούτου ἐπιτρέπεται εἰς αὐτὸν νὰ μὴ παραλάβῃ μὲν τοὺς ἵππους του, νὰ ἔχῃ ὅμως αὐτοὺς ἐν Βενετίᾳ διὰ νὰ ἀποσταλῶσιν εἰς αὐτὸν ἐν καιρῷ. 1334, Αὐγούστου 14.

51

Περὶ ἀπελευθέρωσης τοῦ δουλοπαροίκου Μιχαὴλ Πλωρέου ἐκ Χανίων. 1334. Αὐγούστου 13.

F^o 78^{to} N^o 607. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die XIII Augusti.

Cum Michael Ploreo habitator Canee, noster uillanus communis exposuerit, quod tempore rebellionis insule Crete quatuor sue domus, quas habebat in burgo castri Kissami fuerunt prostrate de mandato nostrorum rectorum pro securitate
5 dicti castri, et quod aliter in facto dicte rebellionis se fideliter gessit et quod sibi fuit promissum per nostros rectores, quod francharetur per eos ob ipsius fidelitatem cumque dicat quod pacificata insula superuenit sibi quedam generis infirmitas, ob quam non potuit comparere ad obtinendam franchitatem in tempore assignato per ipsos rectores nostros, in quo ipsi dabant uillanis communis qui
10 hoc meruerant libertatem et supplicauerit quod de nostra solita benignitate et gratia cum suis heredibus francharetur; uadit pars quod attenta condicione dicti nuncij, de quo per ser Peratium Gradonico ambaxatorem feudatorum Canee, laudabile testimonium prehibetur, committatur duche et consiliarijs Crete, et rectori Canee, quod in facto dicti Michaelis tam in franchando quam in non franchando
15 possint facere, secundum merita dicti Michaelis sicuti maiori parti eorum uidebitur.

52

Περὶ ἐξοπλισμοῦ δέκα κατέργων πρὸς ἐνίσχυσιν τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων καὶ φρούρησιν τῆς Ἀδριατικῆς, τούτων θὰ προΐσταται γενικὸς καπετᾶνος. Λεπτομέρειαι τῆς διοικήσεως, χωρητικότητος καὶ κατευθύνσεως αὐτῶν. 1334, Νοεμβρίου 18.

F^o 90^{to} N^o 706. Millesimo trecentesimo XXXIIII, die 18 Nouembris.

Capta. Consulunt sapientes ser Balduynus Delfino, ser Nicolaus Mauroceno,

